



FILO:UBA
Facultad de Filosofía y Letras
Universidad de Buenos Aires

A

Arlotti da Prato. *Quaestio* *“De aeternitate mundi”*

Autor:

Omar Argerami

Revista:

Patristica et Mediævalia

1982, 3, 63-81

Artículo



FILO:UBA
Facultad de Filosofía y Letras

FILODIGITAL
Repositorio Institucional de la Facultad
de Filosofía y Letras, UBA

TEXTOS

ARLOTTI DA PRATO QUAESTIO "DE AETERNITATE MUNDI"

Textus et adnotationes: Omar Argerami

Huius quaestionis, ab Arlotto da Prato determinatae, e codice latino qui Parisiis, sub numero 14726, in Bibliotheca Nationali asservatur, textus excerptus est. Hic tamen non videtur reportationis verba tradere originaliter, sed solum esse ab alia manu transcriptio facta. Incognitus iste scriptor non plane comprehendisse sententiarum sensus et, hac de causa, multa mendose transtulisse, ex prima iam quaestionis lectura satis apparet. Siquidem hoc modo plurima sunt in lectione intellectu difficilia, nobis sane immutata manere, exceptis his casibus in quibus clarissime verba sunt mutanda, in praesentatione textus melius visum est.

Quantum ad auctorem spectat, satis explicite in capite folii 181^{va} scriptum est. Quae vult, econtra, in f. 105^v, tabula apparere, tantum pauca enumerat ex his quae in codice continentur; et hoc non sine erroribus.

F. 2^{rb}: "tabulam hic contentorum reperies folio 104". Alia manu: "nota errorem 103".

F. 105^v: "Quae sequuntur hic habentur, scilicet, Auctoritates sumptae ex decem et novem libris de animalibus Aristotelis sub variis titulis. 1. Excerpta a Solino de mirabilibus mundi. 12. auctoritates quaedam sumptae ex Isidoro. 37. Quaedam prophetiae et expositiones cum pluribus dictis abbatibus Ioachim et quorundam aliorum. A folio 40. usque 129. Quodlibeta quaedam a de Gandavo et plures quaestiones theologicae diversorum. A folio 130. usque ad folium 222. Quaedam alia. 222. Aliae quaestiones theologicae. 224. A. scilicet tertii *se ad loca*. B. *non esse*. A 231^r *totusque 232*".

Nullum inspicitur indicium fratris Arlotti.

De tempore compositionis, cum pro certo sumatur legisse in universitate parisiensi ex anno 1281 ad annum 1285, tantum poterit affirmari fratrem Arlottum hos annos inter, hanc quaestionem determinasse. Sed hoc etiam sub dubio mittendum est.

CONSPECTUS SIGLORUM ET ABBREVIATURARUM

:	:	separat lemmata
<>	:	continent verba a nobis introducta in textu
add.	:	addidit
dub.	:	dubium
exp.	:	expunxit
ms.	:	manuscriptum
s.v.	:	supra versum

Graphia verborum est hodierna, similiter ac punctuationis signa, in quibus non sequuti sumus manuscriptum.

ARLOTTI DA PRATO

QUAESTIO DE AETERNITATE MUNDI

(Ms. BN Lat. 14726)

f. 181^{va} Est disputatum per fratrem Arlotum de ordine minorum.

Quaestio est utrum mundus sit aeternus.

Et iuxta hoc fuit quaestio facta utrum mundus potuit esse aeternus.

Quod autem ab aeterno productus fuerit, hoc videtur quoniam in divinis est essentia et persona. Sed persona personam produxit ab aeterno. Ergo, essentia aliam essentiam produxit ab aeterno. Consequentia patet, quia aequae potens est essentia sicut persona. 5

ITEM, divina essentia non est minus potens quam essentia creata. Sed si ab aeterno esset essentia creata, sicut ignis ab aeterno, esset effectus ab aeterno, scilicet splendor sui radii. 10

ITEM, Deus uno modo et uniformiter se habet, quia, secundum Boethium, "Immobilis manens dat cuncta moveri"; quare ab aeterno fecit, quia aliter esset mutabilis, quia primo non fecisset et postea fecisset. 15

ITEM, posita causa, ponitur effectus, quando est sufficiens. Sed Deus <est> causa sufficientissima; quare, posito Deo ab aeterno, et ponitur ab aeterno mundus. 20

ITEM, si motus est ab aeterno, et mobile ab aeterno; et si de novo incipiat motus, hoc est per novam relationem inter mobile et motorem; quare motus per novam relationem, et praecedens motus per novam, et sic de aliis. Et

1. In parte dextra primae col. 13. radii: radius *ms.* 15. manens: movens *ms.*

15. O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum coelique sator, qui tempus ab aevo
Ire iubes, stabilisque manens das cuncta moveri;
(An. Man. Sev. Boetii *De consolatione philosophiae*, Lib. III, metrum IX.
/PL LXIII, 758/).

sic erit abire in infinitum, et sic erit ponere mundum ab aeterno. 25

ITEM, creatio actio est essentia divina, quia sua actio est sua essentia. Creatio passio est accidens; sed accidens habet subiectum. Ergo, istius creationis passivae, quae est accidens, subiectum est Deus, aut creatura, aut materia. Non Deus, quia nullius est subiectum. Item, creatura non, quia quod fit non est; quare erit subiectum materia praeiacens, et ita erit procedere in infinitum, et materia aeterna; et sic, mundus aeternus. 30

ITEM, si mundus non esset aeternus, hoc esset quia Deus facere non potuit, aut creatura non fuit capax. Non primo modo, quia Deus omnipotens. Non secundo modo, quia, secundum Philosophum III Topicorum, "quaedam sunt problemata de quibus neutro modo opinamus"; et ponit exemplum utrum mundus sit aeternus. Quare, si ponis creaturam non capacem, altero modo opinaremur, quod est contra Philosophum; et sic non erit ponere defectum ex parte creaturae. 35 40

ITEM, Deo omne est possibile quod contradictionem non implicat. Sed, quod creatura sit ab aeterno nullam implicat contradictionem; quare non est inconueniens fuisse ab aeterno. Maior probatur duplici exemplo: unum est, VI De Trinitate C. primo, de igne et splendore, quia si ignis est aeternus, et splendor aeternus. Aliud exemplum, X De Civitate, C.XXXI, quia, si pes ab aeterno esset in pulvere, et vestigium pedis esset ab aeterno. 45 50

ITEM, ponere mundum a parte ante aeternum, est possibile in permanentibus, et erit actualis; quare et in successivis erit ponere a parte ante quod non erit actualis. Maior patet, quia Deus habet ideas infinitas, et producere potest actu ista secundum decreta. Unde potest producere angelum divisim; et existentia non repugnat, 55

38. Textus Aristotelis apparet, non in tertio, sed in primo libro Topicorum: Tap. A, 11, 104b5-8.

48. *De Trin.* VI, 1, 1: non intelligens etiam natum esse Deo sempiternum esse, ut sit coaeternus Patri Filio, sicut splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur, coevus est illi, et esset coaeternus, si esset ignis aeternus.

50. *De Civ. Dei* X, 31: Sicut enim, inquiunt /platonici/, si pes ex aeternitate semper fuisset in pulvere, semper ei subesset vestigium...

181^{vb} / quare actu et coniunctim simul et ita actualis infinita.
Quare et successiva potest esse infinita.

ITEM, Deus dedit infinitam durationem a parte post 60
creaturae, quia creaturae incorruptibiles duraturae sunt
in infinitum. Quare et ante potuit, et ita in infinitum,
et sic potuit esse aeternus. Nec potest esse impedimen-
tum quin ante potuerit, quia non ex defectu creationis nec 65
creaturae. Non ideo quia ex nihilo, quia nihil actui non
potest resistere. Item nec in quantum creatura potest
resistere.

ITEM, bonum est sui ipsius diffusivum; quare bonum 70
aeternum aeternaliter erit diffusivum; et ita ab aeterno
creavit mundum.

ITEM, Damascenus dicebat quod ratio est ex parte crea-
turae, quia, cum fit, est de nihilo; unde non potest esse
ab aeterno. Contra: secundum Philosophum luminalia 75
ista lumen recipiunt a sole; creatur autem stella <et>
in instanti suae creationis incepit esse lucida, quia de se
non lucida; a sole autem lucida, et hoc non obstante quod
de se non lucida. In primo instanti suae creationis incepit
esse lucida; quare, non obstante quod creatura de sui na-
tura sit non ens, vel ex nihilo, poterit dici quod mundus 80
factus est ens de non ente, et tamen potest hoc esse ab
aeterno.

ITEM: quarto Metaphysicae: de quolibet affirmatio vel
negatio. Si fuit ergo factus in compositione, aut prius

59. quare et successiva *iter. ms.* 64. defectu: defectum *ms.* 68-69: quare...
diffusivum *iter. ms.* 71. Item: item quia *ms.* Damascenus: *dub. in ms.* quod:
quia *ms.* 72. fit: fit quia *ms.* 75. autem: ante *ms.* 83. quarto: quarto *exp.*
III^{to} *ms.*

71. *De fide ort.* I, 8, 133: creatio autem in Deo, cum sit voluntatis opus, Deo
profecto coaeterna non est. Haud enim natura comparatum est, ut quod ex
nihilo producitur eadem cum eo quod initio caret, et sempiternum est,
aeternitatem aut perpetuitatem habeat.

83. "Prima dignitas est de quolibet affirmatio vel negatio, alias de quolibet esse
vel non esse et de nullo simul" (Auctoritates IIII libri Metaphysicae Aris-
totelis, 97. In: J. Hamesse, *Les auctoritates Aristotelis*, Louvain, 1974, p.
123). Textus Metaphysicae, illic citati (1005b19-20, 23-24) non plene
cohaerent cum versione latina.

- potuit aut non potuit; quia non est dicere quod non potuit, aut illud prius potest dici quod prius potuit aut non potuit. Planum est quod potuit, quare erit dare terminum aut non est dare terminum; quare erit ponere infinitum a parte ante, et sic mundus factus est ab aeterno. 85
- ITEM, agens per motum agit successive, sed agens sine motu agit in instanti. Quare, cum Deus agat in instanti, agit effectum sine posterioritate durationis, et solum sufficit quod praecedit ordine naturae. 90
- ITEM, creatum produci ab aeterno non implicat contradictionem, quia hoc esset a parte creationis vel a parte creaturae. Non primo modo nec secundo, quia hoc non esset nisi quia ex nihilo, quia <implicat> contradictionem, quia facta est ordinabiliter post nihil; quare nihil ante ipsam. Sed hoc non facit quin post nihil, quia prius nihil non dicit ordinem, vel non potest per hoc sequi ordo durationis, quia non sequitur "si est ordo, ergo ordo durationis", sed est fallacia consequentis a superiore ad inferius affirmando. 95 100
- ITEM, non est dare instans ultimum ex parte post; ergo, nec instans primum ex parte ante, quare erit ponere mundum et a parte ante aeternum. 105
- AD articulum secundae quaestionis, quod fuit possibile primo ostenditur; et secundo ostenditur quod fuit necessarium.
- QUOD autem fuerit possibile apparet in singularibus, quia quaedam singularia sunt incorruptibilia, quae abstrahunt ab omni nunc et non determinant aliquem nunc; et ita indifferenter considerant quodlibet nunc. Hoc autem est esse ab aeterno. 110
- ITEM, hoc apparet in speciebus, quia species incorruptibiles sunt ubique et semper; quare in quolibet nunc. Hoc autem est esse ab aeterno, quare possibile fuit quod fieret ab aeterno. 115
- 182^{ra} / ITEM, essentia, quantum est de se, indifferenter se habet ad esse et non esse, unde abstrahit ab utroque; 120

86. potest: otuit *exp. ms.* 88. non *iter. ms.* 97. implicat: si *ms.* 99. non *s.v. in ms.*

quare indifferenter se habebit. Et ita, si non potuit esse ab aeterno, eadem ratione possibile fuit quod esset ab aeterno.

AD ISTAM QUAESTIONEM, primo, utrum mundus productus fuit ab aeterno, dicunt quidam quod productus fuit ab aeterno quantum ad suum esse materiale, non autem quantum ad esse actuale. Alii dicunt quod utroque modo ab aeterno fuit productus, et quantum ad esse materiale sive potentiale, et quantum ad esse actuale sive formale. Item, tertia est opinio quod neutro modo fuit productus ab aeterno. Prima opinio fuit platoniorum; voluit enim Plato materiam ab aeterno, unde generabat tempus. Secunda fuit Aristotelis; posuit enim mundum ab aeterno utroque modo. Tertia opinio est Moysis, quia posuit quod utroque modo incepit in tempore.

DE SECUNDO articulo, qui tangit secundam quaestionem, utrum possibile fuit quod fieret ab aeterno, super hoc sunt opiniones et theologorum. Quidam dicunt quod non potuit nec fuit possibile fieri; alii dicunt quod possibile fuit quod fieret ab aeterno.

UNDE, combinando duos articulos sive duas quaestiones, duae sunt opiniones: quidam dicunt quod productus fuit ab aeterno et produci potuit; alii dicunt quod non fuit productus, sed tamen produci potuit. Quoniam de aeternitate mundi quaestio potest intelligi dupliciter, secundum quod recitatur ab Augustino XI De Civitate c. IIII, quod ab aeterno fuit, non tamen fuit factus; et dicit Augustinus quod erronea fuit opinio. Alii dicunt quod habuit initium causale et initiale. Alii dicunt quod fuit a Deo ab aeterno per resultionem sicut umbra; Filius fuit ab aeterno sicut lux, creatura sicut umbra. Alii quod ab aeterno per voluntatem conditionis.

Primi duo modi non habent veritatem. Tertius modus

121. si non: sive *ms.* 150. resultionem: *sic ms.* 153. non habent *iter. ms.*

146. *De Civ. Dei* XI, 4, 2: Qui hoc dicunt, si mundum aeternum sino ullo initio, et ideo nec a Deo factum videri volunt, nimis aversi sunt a veritate, ... Qui autem a Deo quidem factum fatentur, non tamen eum volunt temporis habere, sed suae creationis initium, ... dicunt quidem aliquid, unde sibi Deum videntur velut a fortuita temeritate defendere, ...

habet opiniones: quidam quod ab aeterno potuit facere mundum aeternum; ali quod nullo modo; et ita dico quod non fuit productus ab aeterno. 155

DICUNT etiam quod produci non potuit.

Una ratio est quia, si fuisset ab aeterno, plenus fuisset planctis et fuisset homo; et, cum homo sit corruptibilis, ex corruptibilibus autem finitis non potest fieri duratio infinita, quare numero infiniti homines praecesserunt habentes animam rationalem. Sed moriente homine non moritur anima eius, quare animae actu infinitae simul erunt. Hoc autem est contra Philosophum, quia impossibile est infinitum esse actu, ut habetur in tertio Physicorum. 160 165

Respondent aliqui quod non praecesserunt animae infinitae quia animae migrant de corpore in corpus; sed hoc est erroneum, quia hoc erat poeticum pitagoricorum.

Aliorum est solutio quod non fuerunt infiniti homines, sed quod est communis intellectus omnium; et haec fuit opinio Commentatoris, et est erronea. 170

Alii, quod anima rationalis est corruptibilis; et ita non sunt infinitae animae actu, quia secundum istos anima educitur de potentia materiae; haec autem opinio fatua est et contra philosophiam. 175

182^{rb} Alii dicunt quod mundus, circumscripito homine, potuit fieri ab aeterno, ita quod potuit esse quod hominem non contineret. Contra, ad hoc <quod hoc> potuit ponatur in esse sequitur impossibile, ut dictum est, quia tantum / potest super unam creaturam sicut super aliam. 180

SECUNDA autem positio ponit quod non potuit facere ab aeterno; quaedam enim per motum fiunt, et in talibus fieri praecedit factum esse; quae autem producuntur non per motum, simul est fieri et factum esse. In hiis ergo quae per motum, fieri praecedit esse factum. Unde in permanentibus non est dicere, secus in succesivis, et ita non fuit ab aeterno. 185

161. praecesserunt: processerunt *ms.* 168. pitagoricorum: pictagoricorum *ms.*
170. quod: quia *ms.* 176. mundus: cum *scrip. et exp. ms.* 178. ad: au *ms.*

165. *Phys.* III, 5, 204a28.

ITEM, Genesis: "requievit ab omni opere quod patrarat".
Vocatur illud operari <primum> instans; si autem non,
quare non ab aeterno?; si autem <sic>, ergo fuit ante- 190
quam fieret.

ALIA ratio quod non potuit fieri ab aeterno de nihilo;
quia aut ponetur ordo praedictus materialiter aut origi-
naliter; nec hoc modo nec illo potest esse quod fieri 195
possit ab aeterno, si dicatur quod necessarie factus fuit
et potuit esse non de aliquo. Contra: hoc non sufficit;
immo oportet dicere quod non fit ex aliquo; ergo ordo
fit affirmatus. Aut ergo erit ordo naturae tantum, et
taliam sunt simul, qua ratione in uno instanti <et> ita in 200
tempore; quare sicut dicitur <hoc> modo coevum, ita
potest dici quod non est, quare erit ordo durationis; et
ita non potest fieri ab aeterno, cum sit ibi ordo durationis.

ITERUM, quod de esse tendit ad non esse, ordo est quod
esse praecedat non esse duratione; quare, econtra, si
procedatur de non esse ad esse, non esse praecedat dura- 205
tione; quare mundus fieri non potuit ab aeterno.

ITERUM, impossibile est illud fieri ad quod sequitur
inconveniens. Si ponamus quod mundus potuit fieri ab
aeterno sequitur inconveniens; quare non fuit possibile 210
quod mundus fieret ab aeterno. Ymaginemus enim infini-
tum ante et post, quod duraverit; quare dividi poterit illud
totum infinitum ante et post in duas partes, et sunt
aequales; medietas autem sumitur a binario, quare tem-
pus quod praecessit erit aequale isti tempori quod seque- 215
tur; modo sic omne infinitum in extremis, ubicumque
dividetur in partes aequales. Si in duas medietates,
usque ad horam tertiam, ergo erit aequalitas temporis
in nunc instanti et usque ad tertiam; et ita pars esset
aequalis toti, quare non potuit mundus esse aeternus
a parte ante et a parte post. 220

QUIDAM autem respondent ad hoc quod, si esset actu
infinitum tantum in extremis, potest ubicumque dividi in
partes aequales; sed sic non est hic, quia in tempore prae-

189. primum: .a. ms. 193. praedictus: *dub. in ms.* aut: autem ms. 200. modo:
dub. in ms. coevum: coelum ms. 223. tempore: corpore ms.

189. *Gen. 2, 2*: et requievit die septimo ab universo opere quod patrarat.

- terito ante nunc instans <est> infinitum actu, sed post
est ponere in potentia, quia partes futurae se habent 225
sicut <in fieri>. Sed istud non obstat quia sicut tempus
praeteritum est actu infinitum, quare similiter possibile
est quod sit post actu infinitum.
- ITEM, si ab aeterno mundus fuisset, iam artes non
fuissent inventae, nec aliqua scientia; et ita vana esset 230
tota philosophia, nec etiam fuissent factae istae habita-
tiones. Et ipsi respondent ad hoc, quod artes perditae
fuerunt et post ea inventae.
- ITEM, quod adhuc non fuerit aeternus nec esse potuit
apparet alia ratione: quia si ab aeterno partes aequinoc- 235
tiales et aliae quam aequinoctiales fuissent et praecessis-
sent in infinitum, iam haec terra quae est habitata ali-
182^{va} quando fuisset / non habitata; et cuncta quae propter
approximationem solis est inhabitata, fuisset aliquando
habitata, et de hoc fuisset aliquod memoriale scriptum. 240
Sed de hoc nihil pervenit ad nos, quod oporteat istam al-
ternationem ponere. Tholomaeus, qui fuit magnus, <di-
cit> quod sphaera ultima, quae continet omnes orbes,
suum motum peragrat in XXXVI millibus annorum, et
quod motu istius sphaerae omnes moventur. Sed, secun- 245
dum hoc sequeretur quod terra habitabilis aliquando
fuisset inhabitabilis, et inhabilitabilis similiter fuisset
habitabilis; de hoc autem non est scriptum memoriale,
nec aliquid ad nos de hoc pervenit.
- ITERUM, quando diversae partes considerantur quantum 250
ad diversos, prius est praeteritum, deinde praesens, et
tertio futurum. Sed, si consideremus tempus quantum
ad unum, prius est tempus futurum, quare ante praeteri-
tum fuit aliquid praesentialiter; sed ante aeternum nihil
est. 255
- ITEM, per Philosophum: omne quod est, quando est, ne-
cesse est esse; quare, si ab aeterno, cum tota aeternitas
simul sit, non potest non fuisse, et sic non esset ponere
futurum. Et sic apparet quod mundus non potuit esse
aeternus nec fuit aeternus. 260
- Hoc etiam probatur per Richardum secundo De Trinitate,

226. in fieri: dies et ago *ms.* 238. aliquando: non *add. sed eras. ms.* 239. solis:
non *add. ms.* 245. motu: motus *ms.* 258. esset: esse *ms.*

- c. IX; et per Augustinum, XII De Civitate, quod nihil creaturae potest esse coaeternum creatori.
- AD PRIMUM, "aeque potens est essentia in divinis sicut persona", dicendum quod in divinis est capax, quare potuit produci ab aeterno; non sicut creatura. 265
- AD ALIUD quod "si ignis esset aeternus", dicendum quod istud non fieret quia splendor <non> esset de nihilo sed de ipso sole, sicut pater produxit filium de se ipso; sed non sic est in creatura. 270
- AD ALIUD quod "Deus uniformiter", dicendum quod ex parte sua est uniformitas quando fit de non producente producens.
- AD ALIUD quod "est causa sufficiens", dicendum quod habet locum in agente de necessitate naturae; sed Deus est agens ad voluntatem. 275
- AD ALIUD quod "nova relatio et novus motus", dicendum quod est nova relatio, sed per nullum motum, sed per exitum creaturae de non esse ad esse.
- AD ILLUD quod "creatio passio est accidens", dicendum quod subiectum eius est res creata; et tu dicis quod sic non est: hoc est in successivis, non autem in permanentibus. 280
- AD ALIUD quod "in quibusdam problematibus neutro modo possumus opinari", dicendum quod Philosophus ponit exemplum de quaestione ad alios; alio modo contradicet illi quod dicit tertio ethicorum, quod de aeternis non est consilium, et ponit exemplum ut quod mundus sit aeternus. 285
- AD ALIUD, quod "non implicat contradictionem", dicendum quod non valent exempla, ad hoc quod mundus sit aeternus, de vestigio, quoniam non esset ex nihilo sed 290

264. sicut: essen *add. sed exp. ms.* 285-86. ponit exemplum de quaestione: exempli de quaestione? *dub. in ms.* 286. contradicet: contradicent *ms.*

262. Quidquid autem ex creatione esse accipit, fuit procul dubio quando omnino nihil fuit, alioquin ex nihilo creari non potuit. Omne itaque creatum ex tempore esse coepit:... (Richardus S. Victoris: *De Trinitate*, L. II, c. 9. /PL 196, 905-906/).

263. Cr. *De Civ. Dei*, L. XII, c. 13, diversi loci.

ex pede; similiter de splendore, quoniam non esset ex nihilo sed ex sole.

AD ALIUD, "Deus ideas actu et simul exeuntes", dicendum quod duplex est natura: universalis et particularis. Quod acqua ascendat, hoc est contra naturam particularem, non autem contra naturam universalem, quoniam
182^{vb} hoc fit ne esset ponere vacuum in universo. / Ita est de natura universali quod angeli non sint simul, hoc fuit diversi et ordinati 300

AD ALIUD, quod "aliquae substantiae incorruptibiles", dicendum quod non est simile, quia in infinito ante partes sunt in actu, sed post sunt in potentia.

AD ALIUD, quod "nec a parte creationis nec creaturae", dicendum quod defectus est ex parte creaturae, non quia creatura sed quia ex nihilo, et tale non est possibile quod sit ab aeterno. 305

AD ALIUD, "bonum est sui ipsius diffussivum", dicendum quod creatura capax ad hoc non fuit. 310

AD ALIUD, quod "stella in instanti suae creationis", dicendum quod magis facit in contrarium, quia accepit lumen statim, et ita non praecessit quod fuerit non lucida. Si dicas quod ab alio quia a sole, non constat, quia non fit ex nihilo sed ex aliquo, quia a sole, sicut filius in divinis producitur de substantia patris ab aeterno. 315

AD ALIUD, quod "a parte post non est reperire ultimum instans", dicendum quod non est simile, quia a parte ante sunt partes in actu, a parte post in potentia et in fieri, sicut in numeris. 320

AD ALIUD, quod "Deus est causa sufficiens", dicendum quod defectus est ex parte creaturae, cum ex nihilo sit producta.

ITEM, contra praedictas quaestiones ad hoc fiebant argumenta, scilicet, quod fuerit factus aeternus et quod fieri potuit, quia dicit Philosophus libro De Plantis, quod mundus semper fuit plenus plantis, quare fuit aeternus. 325

301. diversi: *dub. in ms.* 317. reperire: *dub. in ms.* 318. simile quia: *dub. in ms.* 322. parte: *naturae add. sed exp. ms.* 325. scilicet: *s.v. in ms.*

327. Textum *De plantis* ad litteram non inveni, sed cf. L. I, c. 2 (817b38-40).

ITEM, secundum Philosophum et Augustinum, quod quaedam veritates creatae sunt aeternaliter verae; et ponitur exemplum quarto Physicorum, sicut illae quae non mensurantur tempore, scilicet quod triangulus habet tres. Et Augustinus ponit exemplum de ista veritate quod est aeterna: duo est tria sunt quinque; quia dicebatur quod istae veritates sunt aeternae quantum ad esse ideale divinum. 330 335

CONTRA hoc, quia iam istae veritates non essent distinctae ab aliis in aeternitate, quia in hoc non est differentia; quia omnes res habent ab aeterno esse ideale.

ITEM, Augustinus ad Volusianum: "tota ratio facti est potentia facientis", quare potuit produci, quia Deus potuit. Probatio: consimile magnae potentiae mundum producere sicut filium generare; sed generavit filium ab aeterno, quare similiter mundum producere potuit ab aeterno. 340

ITEM, cum Deus sit agens per voluntatem, si non ab aeterno, aut erit differentia in non entitate aut in aeternitate; non propter non entitate, quia, secundum Philosophum, non entis non sunt species nec differentiae. Item nec in aeternitate differentia, quare potius in tempore quam in aeternitate; quia in aeternitate non sunt differentiae temporis quia aeternitas omnia simul complectitur, et sic, cum non sit differentia, quare potius in tempore vel ab aeterno vel quod nunquam fuerit; quare tempus fuit ab aeterno. 345 350

ITEM, quoniam positio rei sequitur ad eius deffinitionem, 355

346. entitate: emptitates *ms.* 347. entitate: emptitate *ms.*

332. In L. IV *Phys.*, c. 12, invenitur textus: "quare manifestum est quoniam quae semper sunt, secundum quod semper sunt, non sunt in tempore: neque enim continentur sub tempore, neque mensuratur esse eorum sub tempore" (221b3-5). In c. 14 indicatur similitudo et differentia triangulorum, sed illic non dicit Aristoteles haec aeterna esse (cf. 224a2-13).

333. In *De Libero Arbitrio*, II, 8, 21, dicit Augustinus: "septem et tria decem sunt; et non solum nunc, sed etiam semper;". Et in libro *De Ordine*, L. II, c. 19, n. 50: "Sed unum ad duo vel duo ad quatuor verissima ratio est: nec magis heri fuit ista ratio vera quam hodie, nec magis cras aut post annum erit vera, nec si omnis iste mundus concidat, poterit ista ratio non esse. Ista enim semper talis est,". De duobus et tribus nihil inveni.

est ponere illud aeternum; quia de quolibet affirmatio vel negatio, quod si ad non esse sequatur, sequitur ad destructionem esse intendere quod sic in tempore ponamus. Ergo, mundum in tempore incepisse tantum <ponitur> si <non> incepit in tempore prius; ergo fuit quod non fuit; prius autem dicit ordinem in tempore. 360

183^{ra} ITERUM, secundum Augustinum, si nulla veritas est, aliquid est verum, scilicet istud, scilicet nullam veritatem esse. Ergo, si nullum tempus fuit ab aeterno, / verum est illud dicere, nullum tempus fuisse; et illud fuit, aut omne tempus et quid creatum; et sic erit abire in infinitum vel ponere mundum ab aeterno. 365

ITEM, substantiae separatae, secundum Philosophum, statim sunt in quod sunt, cum non sit potentia ad non esse. 370

ITEM, creaturam inveniri ab aeterno in mente divina divinam essentiam significat; sed Deus potest producere cuius habet ideam. Ergo, potest producere creaturam ab aeterno.

ITEM, ratio quare non potuit: quia in creatura contradictio implicatur, quia creatura de se non habet esse, sed ab alio. Contra hoc: quia pater aeternus filium produxit aeternum; et filius est ab alio, et tamen ab aeterno; quare in creatura non impedit quin possit esse ab aeterno licet sit ab alio. 375
380

ITEM, quod aliqua creatura in natura humana esset subsistens et a Verbo assumpta non potuit esse. Sed quod habet esse in supposito divino potuit esse. Habere tres est passio de genere accidentis, et non ab aeterno; sed si triangulus esset ab aeterno in quo remanet illa passio, illa passio fuisset ab aeterno. Verbum autem fuit ab aeterno, et natura humana substantiva in Verbo; ergo, potuit ab aeterno sustentari, quare creatura poterit esse ab aeterno. 385

ITEM, novitas non est de necessitate creaturae, quantum ex parte creaturae, ratione essentiae, quia abstrahit ab omni accidente. 390

356-361. *corrup. ms.* 357. si: *dub. in ms.* 358. sic in: *dub. in ms.* 359. tempore: non *add. ms.* ponitur: sicut in *dub. in ms.* 361. autem: *dub. in ms.* 364. est: fuerit *exp. ms.* 365. dicere: verum *add. sed exp. ms.* 371. inveniri: *dub. in ms.* 372. significat: *dub. in ms.* 383. supposito: subposito *ms.* 385. quo: fortur *add. sed exp. ms.* 387. humana: sub creatura *add. sed exp. ms.* substantiva: *dub. in ms.*

ITEM, nec ex parte ipsius esse creaturae, quia aut creaturae aut essentiae; sed nullo modo, ut visum est. Quare nullo modo recipit novitatem; sic erit creatura sive mundus ab aeterno. 395

ITEM, Avicenna quarto suae Metaphysicae, creatura, si non est ab aeterno, ergo possibile est esse antequam esset. Non in se est ipsa intentio, nec in ipso Deo, quia se habet in ratione amati et desiderati; quare non in intentione efficientis. Quare in aliquo, quare in aeterno; et hoc erit creatum, quare erit ponere creaturam ab aeterno. 400

ITEM, intelligamus ista tria diversa: essentia, esse actu et creatum esse; quod ista creata, quare creatio passio est potentia creatio, sed ante istam alia, quod esse non deberet. 405

ITEM Augustinus, De Immortalitate Animae, quod anima est incorruptibilis, et proportio debet esse inter intelligibile et intelligentem; quare intelliget sub ratione aeterni, quare intellectus est aeternus. 410

ITEM, Avicenna quarto Metaphysicae: Deus intelligendo suam essentiam res ordinate producit, quare ab aeterno.

ITEM, possibile est mundum non fuisse ab aeterno, quare necesse est non fuisse; si autem pro contingenti accipitur ad utrumque, possibile est mundum ab aeterno fuisse. 415

ITEM, secundum Platonem optimi <est> optima adducere; sed Deus est optimus, quare optima. Sed optimus fuit ab aeterno; quare fuit ab aeterno.

ITEM, plura paucioribus sunt eligenda; plura bona fuissent si mundus fuisset ab aeterno. 420

404. ista: *dub. in ms.* 416. optimi: *optime ms.* addu-: *tione exp. ms.* 417. optimus: *optimum ms.*

397. Quamvis in citato libro loquatur Avicenna de prioritate et posterioritate actus et potentiae, esse et non esse, et caetera, non videtur aliquid affirmare de aeternitate creaturarum. Cf. Metaphysicae librum IV in cap. 2 (Avicenna: *Opera philosophica*. Venetiis, 1508. Ed. fac. Louvain 1961. Esp. fol. 85).

408. Textum ad litteram non inveni, sed cf. *De Inmortalitate animae* c. 5, n. 9.

412. Ut iam ad versum 397 dictum est, non invenitur haec affirmatio in libro quarto. Sed conferas librum VI, cap. 3 (*op. cit.* fol. 92ra).

- 183^{rb} ITEM, aut potuit aut non potuit. Si sic, habeo propositum; si non, aut est defectus ex parte creatoris aut / creaturae. Primo modo non; nec secundo modo, quia hoc esset aut ratione actus aut potentiae. Sed neutrum impedit quare potuit esse ab aeterno. 425
- ITEM, cum sit agens de voluntate, aut creationis ab aeterno aut non de novo in tempore. Si primo modo, habeo propositum; si secundo modo, sequetur quod sit mutabilis, quod est inconveniens.
- ITEM, esse super essentiam quandam relationem dicit ab aeterno; sed esse relationem novam potest evenire absque immutatione in fundamento, sicut Socrati albo Plato est similis, quia de novo albus, non facta aliqua immutatione Socratis. 430
- AD QUAESTIONEM istam, iam dictum est quod fuerunt plures opiniones: prima quod fuit productus ab aeterno quantum ad esse materiale sive potentiale, non autem quantum ad esse actuale sive formale. Secunda fuit Aristotelis, scilicet quod fuit productus ab aeterno et quantum ad esse materiale et actuale; probat enim in VIII <Physicorum> infinitatem motoris per infinitatem motus, et ita simpliciter ponit mundum fuisse ab aeterno. Tertia est opinio fidei catholicae, quod utroque modo <in> cepit in tempore, secundum quod dicit Moyses: "In principio creavit Deus coelum et terram" et caetera. 435 440 445
- AD ALIAM quaestionem, utrum potuerit fieri ab aeterno, visum est qualiter sit respondendum, quia quidam dicunt quod potuit, alii quod videtur verius quon non potuit.
- AD PRIMUM de plantis, dicendum quod Philosophus loquitur secundum suam opinionem, qui ponebat mundum esse aeternum; vel aliter, quod omni tempore fuit plenus plantis. Sed ab aeterno non fuit, nec per conse-

422. creatoris: credibilis *ms.* aut: an *ms.* 424. ratione: an *add. sed exp. ms.*
 452. tempore: quod *add. ms.*

442. Cf. *Phys.* VIII passim; in specie cap. V, VI, IX.

446. *Gen.* I, 1.

- quens ab aeterno fuit plenus plantis. Vel tertio modo,
quod ille liber non fuit Aristotelis. 455
- AD ALIUD de Augustino quod "quaedam creaturae",
dicendum quod habent esse divinum in mente divina;
et est intelligendum in illis quantum in subiecto in-
telligitur praedicatum. <Si quis nunc sedet>, non fuit
ab aeterno in mente divina quod non semper sedet. 460
- AD ALIUD, quod "magnae potentiae creare mundum
sicut est generare", dicendum quod non est simile, quia
de nihilo non est generare, sed creare eum de nihilo;
nec propter hoc est impotens, quia ad negativam non
sequitur privativa. Vel potest dici quod istud est propter
defectum creaturae, cum sit ex nihilo. 465
- AD ILLUD, quod "non est differentia in non entitate
et in non aeternitate", dicendum quod semper et nun-
quam non sunt contradictoria; sed sunt contradictoria
semper <et> non semper. 470
- AD ALIUD, "quoniam positio sequitur ad destructio-
nem", dicendum quod illud tempus non fuit ante tempus
nisi imaginatum; et est falsa imaginatio quia <non>
potuit esse tempus; vel ponit ipsum in ipsa aeternitate.
- AD ALIUD quod fiebat (quod erat omissum in oponen-
do), "aeterne rerum conditor: quare res ab aeterno", di-
cendum quod hoc "aeterne" ponitur substantive et non
adjective, scilicet: domine aeterne, tu es rerum conditor. 475
- AD ALIUD, secundum Philosophum, quod substantiarum
separatarum quidditas est suum esse, dicendum quod in 480
- 183^{va} III Physicorum vult hoc dicere / quod in perpetuis
non differt posse et esse etsi habeant potentiam ad non
esse. Dico quod non sunt corruptibiles propter hoc, sed
sunt adnihilabiles.
- AD ALIUD, "ideam in Deo", dicendum quod ideam ha-
buit, sed non sequitur quod potuit; verum est practica,
sed antea speculativa earum rerum quae non erunt, quia
sub ratione intelligentis. 485
- AD ALIUD, quod "esse ab aeterno", dicendum quod non
est instantia, quia filius a Deo et de Deo, sed creatura 490
est a Deo et de nihilo.

459. si quis nunc sedet: dices enim sedes *dub. in ms.* 471. quoniam: *dub. in ms.*
473. imaginatum et est: secundum imaginatum nec *ms.* 475. omissum: obmissum
ms. 480. dicendum quod: *supraposita in ms.*

AD ALIUD, quod “non mensuratur tempore”, dicendum quod argumentum omittit quod aliquomodo erit factum, sicut “duo et tria sunt quinque”. Dicendum quod ista veritas, antequam mundus fieret, erat in mente divina; sed non sequitur “non mensuratur tempore ergo coaeterna”, quia coaequatur tempori. 495

AD ALIUD, “natura humana substantialiter in Verbo”, dicendum quod intentio est in Deo active, et habet rantes est a principiis subiecti, sed creatura est de nihilo; in supposito divino non, videlicet, quod prius est non est ab aeterno nec posterius; si non potuit natura humana produci ab aeterno, nec potuit substantialiter in supposito divino quod posterius. 500

AD ALIUD, quod “novitas non est de necessitate creaturae”, dicendum quod ratione essentiae, prout est in actu et effectum, nova sequitur relatio. 505

AD ALIUD, quod “si creatura incepit intentio” et caetera, dicendum quod non est simile; quia passio sicut habere tionem efficientis et finis, et ipsa idem est efficiens et finis; nec propter hoc est motus hoc modo quod moveatur. Sed angelus per tempora et loca movetur tantum per intellectum et voluntatem. 510

AD ALIUD quod “intelligentur tria”, dicendum quod argumentum supponit quod inter illa tria sit ordo secundum rationem factibilis, et tamen similiter facta fuerunt illa tria. Iterum una relatione ad Deum referuntur. 515

AD ALIUD, “inter cognoscens et cognitum”, dicendum quod non oportet quod propter hoc sit in qualibet conscientia proportionis. Iterum, immortalitas et incorruptibilitas sunt conditiones obiecti in quantum intelligibilis, sed aeternum non conditio. 520

AD ALIUD, quod potuit, dicendum quod accipitur “potuit” prout est convenienter trascendens, vel quod dicit necessario, si possibile esset ipsum fuisse ab aeterno. 525

AD ALIUD, quod “optimi” et caetera, dicendum quod hoc est verum in genere, sed si illud esset possibile fieri.

AD ALIUD, “plura bona sunt paucioribus” et caetera,

dicendum quod verum est si esset possibile; sed non fuit possibile quod mundus esset ab aeterno. 530

AD ALIUD, quod Deus agat per voluntatem, dicendum est quod sic, sed in ipso non est mutatio sed in producto.

AD ALIUD, "sufficiens agens", dicendum quod ex parte duorum; et produxit ex nihilo. Si enim sol ab aeterno esset ad illuminandum, in instanti illuminaret; sed si de aëre luminoso faceret tenebrosum, non instanti, quia tenebra praecedit esse luminosum. 535

ET por hoc apparet solutio ad ea quae quaerebantur.